

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia n
cum fonte primo

Si prudenciam amplecteris ubique idem eris, et prout rerum ac temporis uarietas exigit, ita te accommodes tempori nec te in aliquibus mutes sed potius aptes, sicut manus que eadem est cum in palmam extenditur et cum in pugnum astringitur.

Seneca de quattuor uirtutibus.

Si prudentiam amplecteris, ubique idem eris et prout rerum uarietas exigit, ita te accommodes tempori nec te in aliquibus mutes sed potius aptes, sicut manus quae eadem est et cum in palmam extenditur et cum in pugnum adstringitur.

Martinus Bracarenis, *Formula vitae honestae*, 2 (C.W. Barlow ed., p.238, ll.8-12).